



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Quid Est Contritio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

hic faror Antinomorum late vagatus est, etiam apud alios. Sed manifeste damnatur illustribus testimonijs diuinis. 1. Timoth. 1. Militiam animi militiam, retinens fidem & bonam conscientiam. Item 1. Cor. 6. Scortatores, Adulteri, Homicidæ, &c. non possidebunt regnum Dei. Rom. 8. Si actiones carnis spiritu mortificabitis, viuētis. Item de Aaron: Dominus voluit contere eum.

## D E P O E N I T E N T I A.

EST nomen pœnitentia magis congruit ad contritionem, seu patores & dolores, tamen Ecclesia sic nominat conuersionem ad Deum, quæ & dolores & consolationem continet, seu mortificationem & viuificationem, ut Paulus nominat. Et interdum narrationes Evangelicæ sic loquuntur: Gaudium est Angelis de uno peccatore, pœnitentiam agente. N E C tamen λογισμαχίας mouemus, si quis alter vult loqui, non pugnamus cum eo. Retinemus bono consilio vocabulum in Ecclesia notissimum, ut res citius intelligatur, & magis perspicua sit refutatio errorum & labyrinthorum, quibus Monachi multis sæculis doctrinam de pœnitentia corruperunt.

Q V I D E S T P O E N I T E N T I A S E V  
conuersio ad Deum?

P O E N I T E N T I A seu conuersio ad Deum est contritio, id est, verus pœnor & dolor cordis propter peccata nostra, & fide in Christum accipere remissionem peccatorum, reconciliationem, iustificationem & viuificationem, & inchoare nouam obœdientiam.

Q V O D S V N T P A R T E S  
Pœnitentiæ?

T R E S sunt. Contritio, fides, & noua obœdientia. Hanc partitionem docendi causa bono consilio sic tradidimus, & petimus eam sine calumnijs intelligi.

## Q V I D E S T C O N T R I T I O?

E S T vere expauescere agnitione iræ Dei aduersus peccata nostra, & dolere quod Deum offendimus, iuxta hæc dicta: Sicut leo contritum omnia ossa mea. Et Iesaiæ 66. Ad quem respiciam, nisi ad contritum spiritu, & tremementem sermones meos. Et Ieremias inquit: Postquam ostendisti mihi, percussisti femur meum, id est, consternatus sum.

Q V I S V N T P R A E C I P V I E R R O R E S  
Papistarum de contritione?

D V O sunt præcipui errores Papistarum de contritione. Prior est quod dicunt: Oportere esse sufficientem contritionem, cum nulla possit esse sufficiens. Et vbiq; crescunt dolores sine consolatione & fide, ruunt homines in æternum exitium.

A L T E R